



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

X. Bischof Hugebert von Havelberg beurkundet, Namens seines Capitels, das Dorf Dolniz gegen die Zehenthebung in den Dörfern Burgstal, Clodene, Dalechow, Wittenmore, Ten und Aland an die Halberstädter ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54314)

domino Friderico glorioso Romanorum imperatore, anno imperii eius XXXII<sup>o</sup>, presentibus: ex clero: domino Conrado Pomeranensi episcopo, Helmvvigo abbate de Ztulpe, preposito Walthero de Uznam, preposito Sifrido de Camin, Reinerio, Bucvvalo, sacerdotibus, Alberto, Eluero, diaconibus; ex laicis uero: Budeuino, Johanne, Pribo, Buric, Golete, Venezlao et aliis pluribus fidelibus.

Nach den Jahrbüchern des Mecklenb. histor. Vereines III, 203.

X. Bischof Hugebert von Havelberg beurkundet, Namens seines Capitels, das Dorf Dolniz gegen die Zehenthebung in den Dörfern Burgstal, Clodene, Dalechow, Wittenmore, Ten und Mland an die Halberstädter Kirche vertauscht zu haben, im Jahre 1186.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego Hubebertus (sic) Dei Gratia Havelbergenfis ecclesie episcopus, omnibus cristii fidelibus tam futuri quam presentis temporis in perpetuum. Notum sit omnium fidelium uniuersitati, quod ad commodum havelbergenfis ecclesie et fratrum inibi deo feruentium decimas quarundam uillarum wittemore uidelicet, Burstelle, Clodene, Dalechowe et mansorum septem quatuor in uilla ten, que sita est in prato, quod uulgo Wisch dicitur, item in prato in uilla, que alende uocatur, trium (sic) mansorum, tam nobis quam eiusdem ecclesie conuentui pertinentium, quae uel qui in haluerstadenfis aeccliesie diocesi sitae uel siti erant, per donationem uillae, quae dolniz nominatur commutauimus. Eandem enim uillam praedictae scilicet haluerstadenfis aeccliesie una cum uoto et stipulatione aduocati nostri Ottonis marchionis et fratris sui heinrici comitis in recompensationem predictarum decimarum donauimus. Vt autem hoc factum nostrum robur sortiri ualeat nec ab aliquo in contrarium uenire uolenti possit reuocari, de auctoritate et consensu nostri prepositi hellemberti et totius capituli nostri scripto annotauimus et sigilli nostri impressione consignauimus, statuentes et sub interminatione excommunicationis firmiter prohibentes, ne quis ex parte aeccliesie nostre ullo unquam tempore audeat in contrarium uenire. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis M<sup>o</sup>. C<sup>o</sup>. LXXX<sup>o</sup>. VI<sup>o</sup>. Indictione III<sup>a</sup>. Epacta XXVIII<sup>a</sup> Concurrente II<sup>a</sup>. sub testibus honestis uiris clericis et laicis, Clericis his: haluerstadenfis ecclesie archidiacono Romaro, havelbergenfis aeccliesie preposito hellemberto cum conuentu suo, Jerichontine aeccliesie preposito Salemone cum conuentu suo, Laicis autem his: Ottone marchione cum fratre suo henrico comite, Comite Alberto de Osterburg, Sifrido burgrauio de arnburg et filio ejus Conrado, Rothardo de Snetlingen, Brunone de Gersleue, Cunone camerario, Wernero de Gardelene, Rvdengero et henrico de osterburg et aliis quam pluribus.

Nach dem Originale des Königl. Provinzialarchives in Magdeburg. Neuester fehlerhaft abgedruckt bei Buchholz, Geschichte der Churm. Brandenburg Thl. IV, Urk. Anh. C. 31 und ebendrein mit der falschen Jahreszahl 1168 in Ludewig Reliqu. Mspt. Das ae und e so wie das f und s sind im Originale abwechselnd gebraucht.